

Gegen die Anwendung der Folter

Friedrich von Spee (1591-1635), ein Jesuit und Lyriker, erhob in seinem 1631 anonym erschienenen Werk seine Stimme gegen Hexenprozesse.

An tortura, cum adeo periculosa sit, ex usu tolli debeat:

Respondeo[1]: Docui supra in exstirpandis ex agro rei publicae zizaniis[2] ea[3] plane removenda esse, quae morale[4] et frequens periculum invehant simul evellendi[5] tritici[5]. Ita ratio naturalis[6], ita ipse legifer[7] noster Christus illiusque verborum in ecclesia catholica[8] legitimi interpretes aiunt, ut negari non possit. Docui praeterea torturas seu quaestiones[9] ita hodie administrari solere, ut re vera frequens et morale[4] periculum ipsi tritico[5] minentur, quod adeo verum est, ut de facto ita saepissime accidisse ac triticum[5] plurimum evulsum esse iurare audeam mihi moraliter[10] esse certum.

[1] „ich" = von Spee
[2] **zizanium**, -i *n.*: Unkraut
[3] **ea** *n. Pl.*: diese Maßnahmen
[4] **moralis**, morale: wahrscheinlich
[5] *Vgl. Mt 13,25 ff.*: Gleichnis vom Unkraut im Weizen, das nicht sofort entfernt werden darf, weil sonst auch der Weizen ausgerissen wird.
[6] **ratio naturalis**: natürliche Vernunft
[7] **legifer**, legiferi *m.*: Gesetzgeber
[8] **catholicus**, -a, -um: katholisch
[9] **quaestio**, quaestionis *f.*: „peinliche" Befragung
[10] **moraliter**: auf Grund meiner Erfahrung

FRIEDRICH VON SPEE, CAUTIO CRIMINALIS P. 189; 93 WW